



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XL. Episcopus in sua Diœcesi habet de jure communi fundatum  
exercitium suæ iurisdictionis, in quâ manutenendus est, non obstante in  
contrarium allegato privilegio exemptionis, nisi concurrat ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO XL.

Episcopus in sua Diocesi habet de jure communi fundatum exercitium suae jurisdictionis, in qua manutenendus est, non obstante in contrarium a legato privilegio exemptionis, nisi concurrat quasi possessio.

REVERENDISS. P. D. DAMASCENO,

Sipuntina jurisdictionis.

Veneris 24. Maji 1613.

## SUMMARIUM:

- |   |   |
|---|---|
| 1 Exemptio allegata praesupponit existentiam in Diocesi.                                      | 6 Ordinarius ex uno actu constituitur in quasi possessione totius jurisdictionis. |
| 2 Mandatum de manutenendo conceditur ex sola juris assistentia.                               | 7 Episcopus non debet privati suae possessione ex sola privilegii ostensione.     |
| 3 Testes quando probent actus jurisdictionales.   | 8 Exemptionis quasi possessio non acquiritur ubi nulla fuit contradictio.         |
| 4 Exemptionis privilegium an valeat in praesudicium successorum.                              | 9 Argumentum a contrario sensu non valet ad correctionem juris.                   |
| 5 Exemptionis privilegium non suffragatur ad effectum manutentionis non docto de possessione. | 11 Episcopi habent universalem jurisdictionem in sua Diocesi.                     |

**P**Ro informante fuit resolutum, nempe Domino Archi-Episcopo esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi jurisdictionem, etenim cum loca, de quibus agitur, sint intra Diocesim, quod probatur ex eo, quod

quod Dominus Abbas allegat exemptionem, quæ in necessarium antecedens præsupponit existentiam in Diocesi. Rota in causa Volateranen. iurisdictionis. 14. Ianuarii 1581. coram Bravo relata inter divers. Impres. decis. 207. par. 2. & latius in Constantin. iurisdictionis 18. Maji 1611. coram Reverendissimo Domino Aurebaten. & etiam deponunt testes, quorum summarium fuit datum, videtur, quod D. Archiepiscopus habeat de iure communi fundatam intentionem. cap. omnes Basilica 16. quest. 7. cap. conquerente de offic. ordin. c. cum Episcopus eodem tit. in 6. Verall. decis. 306. par. 1. & 207. par. 2.

Ob quam solum juris assistentiam debet manuteneri. c. cum persona § fin. cum 2. de not. de privil. in 6. Verall. dicta decis. 306. par. 1. Rota in causa Salamantina iurisdictionis. 18. Aprilis 1581. coram Cantuccio relata inter divers. impres. decis. 145 num. 6. par. 2. in Veronen. iurisdictionis 15. Maji 1608. coram D. Aurebaten. & alibi sepe.

Et præfata eò magis procedunt, quia de exercitio iurisdictionis deponunt prædicti testes, Rota in dicta Calaguritana iurisdictionis 5. Maji 1608. coram Reverendissimo D. Aurebaten. & in foro Livien. seu Bertinorien. Diocesis. 3. Aprilis 1609. coram eodem, etiam si non deponant de omnibus actibus iurisdictionalibus, quia sufficit causa universalis, quæ magis attenditur, quàm actus, ut fuit resolutum in causa Affissen. Canonicius, in 14. Iunii 1600. coram me & in terminis iurisdictionis. In hoc in c. dilectus num. 3. de capell. Monach. & alii infra allegandi. Et super aliquibus capitibus iurisdictionis in Territorio, de quo agitur, dantur etiam decreta sacrae Congregationis super Concilio ad favorem D. Archiepiscopi.

Non obstat præfensum privilegium exemptionis concessum usque de anno 1211. ab Archiepiscopo Sipuntino, nam omisso, quantum hoc privilegium valeat in præiudicium successorum, de quo in Veronen. Exemptionis. 27. Maji 1594. coram bon. mem. Cardinale Pamphilo. Respondetur, quod ad evitandam manutentionem ordinarii, non sufficit exhibitio privilegii, nisi ulterius adit quasi possessio exemptionis, ut habetur in text. cap. cum persona. de privil. in 6. ibi quia de privilegio faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione, non violentiâ, non clandestinâ, nec concessâ precario, de quâ fidem coram eisdem fecerint, non turbentur. Si enim Papa mandat eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit, quod possideant, quia privatio præsupponit habitum iuxta nos. in l. decem ff. de verbor. obligat.

Et iste intellectus suadetur ex eo, quia dictum cap. cum persona emanavit ad favorem iurisdictionis ordinariæ, ut patet in principio ibi: ordinariorū correctiones & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum, sive iudicium declinantes, nos volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus, ut hi, qui seasserunt per privilegia, seu indulgentias sedis Apostolicæ exemptos à locorū ordinariis requisiti &c, ex quâ narrativâ processum colligitur causa finalis. l. fin. ff. de hered. instituend.

Oldrad. conf. 103. num. 2. Roman. Consil. 38. num. 1. Alex. Consil. 160. num. 16. lib. 6. Si igitur allegantes privilegium exemptionis per solam exhibitionem privilegii, antequam de illius iuribus cognoscatur, liberarentur ab exercitio jurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum favorem, si quidem per Regulas juris, sola exhibitio privilegii non tolleret exercitium jurisdictionis ordinarii.

6 Nam eo ipso, quod Ordinarius exercet jurisdictionem in una parte suae Diocesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quo ad omnes, in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abbas conf. 71. col. fin. vers. 3. ad idem ibi, Alius alius erat in possessione, lib. 2. Felin. in c. auditis. num. 19. in 3. declarat. de praescript. Rebus tractat. de decimis. quest. 9. num. 4. Monach. de retinend. remed. 3. nu. 135. Cephal. conf. 369. num. 15. cum pluribus sequent. Rota in causa Oriolen. decimarum 19. Junii 1591. coram Gysio in Palentina decimarum 27. Octobris 1598. coram bona memoria Seraphino & in terminis jurisdictionis trad. Innoc. in cap. dilectus num. 3. vers. possessorum, et eo Hostien. num. 1. vers. ex praedictis etiam Ioann. Andr. num. 8. Butr. num. 15. Boich. num. 11. de Capell. Monach. Peral. decis. 306. par. 1.

7 Et proinde per istam exhibitionem privilegii, quae concernit petitorum, non maneret Episcopus privatus sua quasi possessione contra notata per Abb. in c. 1. num. 4. Butr. num. 2. ut licet pend. Lancellot. de atten. par. 2. c. 17. num. 161. 2. seq. Et in specie, quod sola exhibitio privilegii exemptionis non impediat in attentionem, fuit desumtum in causa Carthaginen. decimarum 27. Junii 1590. coram Gysio.

8 Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis ex eo solo, quod non appareat superiorem in illum exercuisse jurisdictionem, nisi probetur, quod venit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliter habuerit se pro spoliato, ut per Innocen. Hostien. Ioan. Andr. Butr. Boich. & Peral. locis supra allegatis.

9 Et licet gloss. in dicto c. cum persona, verb. turbentur. innuat, quod sola exhibitio privilegii sufficiat per §. seq. infra eodem. Attamen loquitur contra Regulas juris, ut patet ex praedictis, & ducit argumentum suum a contrario sensu, ut advertunt Lap. Anchar. & alii non allegandi, quod argumentum suum non valet ad inducendam correctionem juris, late per Everard. in loco a contrariis sensu n. 8. prout induceretur in proposito casu, & iste videtur communis intellectus illius cap. cum persona, ut per Lap. ibi num. 4. vers. & hoc videtur, Anchar. n. 6. vers. hoc tamen. Gemin. in §. si vero vers. & hoc videtur. Franc. ibidem n. 3. vers. hoc procedit. Dum dicunt exhibentem privilegium, ita demum evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis.

10 Non potest autem dici constitutus in quasi possessione exemptionis, nisi probetur venisse casum, & quod Ordinarius voluerit exercere, & fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, ut per Doll. supra allegatos.

11 Imò potius probatur contrarium, cum testes, de quibus supra in principio deponant

ponant de aliquibus actibus jurisdictionibus factis per D. Archiepiscopum, qui propter universalitatem causae conferunt ad universalem jurisdictionem ex supra allegatis. Et praedicta magis de plano procedunt, quo ad causas matrimoniales, & criminales, in quibus sacro Concilio Tridentino cavetur, ut manuteneantur Episcopi, nisi adit in contrarium immemorabilis canonizata per tres conformes, ut fuit dictum in causa Veronen. iurisd. tit. 18. Martii 1596. coram bona mem. Cardinale Pamphilo, & in Burgen. iurisdictionis. 7. Februarii, eiusdem anni coram bona memoria Orano. &c.

DECISIO XLI.

Exemptio ab Episcopo, & iurisdictione competens Abbati qualiter probetur, & ex quibus plenè justificata dicatur.

R. P. D. E M E R I X.

Caven. seu Caputaquen. iurisdictionis

Luna 14. Martii 1672.

Hæc decisio  
274. par.  
17. recitat.

S U M M A R I U M.

- 1 Exemptio probatur ex indultis omnimodis jurisdictionem concedentibus & num. 2.
- 2 Exemptio probatur ex sententiâ antiquâ Indultis summorum Pontificum roboratâ.
- 3 Confessio Episcopi super exemptione à suâ jurisdictione plenè probat.
- 4 Exemptio probatur ex pluribus actibus jurisdictionibus.
- 5 Ecclesia noviter constructa assumit & retinet primævam exemptionem, & privilegia quæ antiqua competebant, & per totam.
- 6 Iurisdictionales actus exercens, jurisdictionem & exemptionem habere dicitur & num. 5.
- 7 Assistentia juris non suffragatur Episcopo in loco exemptio.
- 8 Actus jurisdictionales pauci, & clandestini exerciti ab Episcopo in loco exemptio, eidem non suffragantur.
- 9 Iurisdictionales actus ab altero exerciti in loco exemptio, eò minus præiudicant, si ut primum habita fuit notitia, reclamatum est.
- 10 Supposito cessante, cessat etiam, quodcumque super illo dispositum est.
- 11 Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum, Diocesiani nomen assumit.
- 12 Attentata sunt omnia gesta post & contra sententiâ, & per consequens revocanda. Abbas